



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres**

**Gulielmus, Janus**

**Antverpiae, M. D. LXXXII.**

Cap. XXIV. Duûm item locorum in Plauto correctio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

illa, quæ nihil amet; hoc est, sine spe lucri sui, & cuius animus alibi occupatus sit: quorum neutrum meretriciam disciplinam addebet. eæ enim luxuriam tantum, si frugi sunt, amant; aduectores amant se simulant, dum id quod volunt auferant: tum manes abs se amittunt, & Lucillij illud occinunt,

*Quid mihi rautone hoc opus & tricone vadato?*

Eadem fabula, Scæna Nullam ego me.

*Non ecastor cassa memoro. nam obsecro vnde hac gētium.*

Cassa memorare, si locus bene habet, est frustra & nequam verbis sibi spem facere, cum in re nihil sit a nuce cassa, quæ putamen habet, neclo deficitur. ita cassam speculam Appuleijs dixit, Milesiam III. *Quin igitur masculum animum sumis, & cassa specula renuncias fortiter, & vltroneam te domina tua reddidit & Afranius cassam terriculam, pro minis inanius; Priuigno:*

*Numero inepti pertinuistis cassam terriculam aduersarij.*

Scæna sequente:

*Sed nonne ecastor ego sum multo inscitior, hos qua rogem atque fatigem,*

*Qui semper malo muliebri sunt lubentes.*

Ita o. l. veteres, ut testati sunt alij: verum est, aut verisimiliter non dissimile, scribisse Plautum, *mulo inscitior*: quod adagionem urbanam & politissimo poeta dignum redolet. nam ita & multos *παρρησιαστας* nominabant stupidos & hebetes *ἡ ἀραδιήτας*. Catullus:

*Mule, nihil sentis.*

## CAPVT XXIIII.

*Dulm uem locorum in, Plauto correctio.*

LEVE mendum contaminauit versum Plauti Milite,

G 5

Milite, Scæna Nisi hercle defregeritis.

*Euge euge eufchemè mehercule astitit dulce & comædicè*  
Mirum est tamen, neminem monuisse reponendum  
heic; *dulicè & comædicè*. De seruo enim sermo  
quem aut personam suam præclarè agere, & statim  
in comædia seruilem egregiè representare. Equi-  
cile fuerat maculam tollere è Sticho, Scæna Ag-  
ite foras.

*Nosmet inter nos ministremus Monotrophe. hoc con-  
uiuium est.*

Nam vera scriptura est, nisi admodum animi fallat  
*N. i. n. ministremus. monotrophe hoc conuiuium est.*  
Iulit ad morem Scænicum, quo in orbem ibat ca-  
tio à strophis ad antistrophas: ita enim in conuiuium  
poculum à conjuratoribus porrigitur pocillatores. Et  
hi ipsi sibi ministrabant, sine puerorum opera: quod  
monotrophe illud suum symposiû urbanè vocant.

## CAPVT XXV.

*Exigere. Defendere pro arcère. Auère. In Martialis vultu  
aliquot emaculati.*

MARTIALIS libro VII. epigramma xxv. ita concludit:

*Sic fora mirentur, sic te pallatia laudent,  
Excolat & geminas plurima palma fores;  
Otia dum medius præstat tibi parua December  
Exigis & certos quos legis aure iocos.  
Scire libet verum; res est hæc ardua: sed tu  
Quod tibi vis dici dicere, Fusce, potes.*

Rogat scilicet Fuscum sales suos vt cognoscat, &  
quid sui de iis iudicij sit, indicet: & cupere se quæ-  
dem verum sibi dici, si tamen id spissius futurum sit.